

existunt, ad pia opera componere, vel quatenus ipsi sic obligati indigeant eis in toto, vel in parte remittere, & condonare possint, idque in foro conscientie. Admonentur tamen nostri [ait Author Compeditij Indici in eisdem literis,] ne hac facultate vtantur, nisi ybi expedire existimauerint, super quo, eorum conscientiae onerantur. Deinde dicit. Hac vti possunt Provinciales, & ijs, quibus ipsi eam commisserint. Nullus tamen ea vtetur in ijs locis, in quibus Episcopi resident, nisi Provincialis ipse in casu aliquo particulari ea vtendum iudicaret. Et animaduertatur ea conditione nobis concedi huius facultatis usum, dummodo nostri, nihil unquam eiusmodi bonorum, in proprium, aut Societatis usum, conuertere possint. Ex Compendio Indico Societatis.

¶ Gregorius. 14. Romę apud Sanctum Marcum sub anulo Piscatoris die 21. Septembris anni Domini. 1591. hanc eandem gratiam confirmauit & de novo concessit ad viginti annos à data praesentium computandos. Hac concessione gaudent etiam alij Mendicantes, & est utilis pro exonerandis Indorum

Y y 4 con-